

HEINRICI PANTALEONIS DE VIRIS
SIMON A PFIRDT.



Simon ex nobili familia Pfirdtorum in superio-
ri Alsatia natus est anno 1521. Hic cum felicitate
ingenij commendaretur, à pueris bonis literis ope-
ram dedit, & artium ac linguarum sibi medio crem
usum comparavit. Erat insuper pietate & vitæ inte-
gritate conspicuus. Id cum Ferdinandus Cæsar in-
tellexisset, hunc Simonem anno 1553 inter consilia-
rios superioris Alsatia in Ensisheim elegit, atq; e-
ius industriæ res magnas expediendas commisit.
quas quidem Simon, pro sua prudentia, diligenter
administrauit, atq; apud omnes bonos magnâ gra-
tiam inijt. Literarum quoq; studia plurimùm exco-
lit, atque viros doctos summa humanitate semper

complectitur. id quod ipse multoties expertus sum. In ea functione ille etiam
num superest, atq; sua eruditione & prudentia nobilitati circumiacenti orna-
mento existit. Anon.